



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 81. Stanislaus in Poloniæ Regem inaugurus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

lanensem irrumpere festinabant: Jam Sæc. XVII.  
enim Eugenius Princeps trajecta Ab- A. C. 1705.  
dua Sabaudo opem ferre paratus, cum  
Gallis ad Cassanum prælum iniit,  
victoriam tamen utrinque cæsis quam-  
plurimis uterque exercitus sibi arroga-  
vit, Carolus vero Hispaniæ Rex de-  
structa Gallorum classe cum Lusitanico  
exercitu Albam, Sanasium, Valen-  
tiā Alcantaræ, & Albuquercium nec-  
non Barcinonem ditione cepit, ab  
obsidione tamen Pacis-Augusti a Tes-  
feo Hispaniæ Marescallo repulsus est.

### §. LXXXI.

#### *Stanislaus in Polonorum Regem coronatus.*

Postquam Sueciæ Rex die vigesima  
sexta Julii Polonus, Moscos, & <sup>Hode Hist.</sup>  
Saxones, Mitavii, & ultima ejusdem <sup>de Louis</sup>  
Mensis prope Varsoviam ingenti clade <sup>XIV. l. 57.</sup>  
protriverat, Stanislaus Lescinsky ho- <sup>Theatr. Eu-</sup>  
stium suorum metu solutus, Regni dia-  
dema sibi suæque uxori Catharinæ im-  
poni procurabat: Hanc in rem Cardi-  
nalis Radieswius Poloniæ Primas ad  
diem quartam Octobris Regni comitia  
indixit, ut exauctorato Augusto Rege  
Stanislai a fœderatis electi inaugratio  
perficeretur. Ea res Pontificis ani-  
mum intimo perculsit dolore; quocirca  
Cardi-

Sæc. XVII. Cardinali diras, dignitatis abrogatio-  
A. C. 1705 nem, atque Ecclesiasticorum omnium

Beneficiorum & proventuum jaeturam  
comminatus est, si ab Augusti Regis  
partibus discederet. Pariter singulis  
Regni Episcopis sub iisdem poenis in-  
hibuit, ne Regis coronationi interef-  
fent. Verum Cardinalis sollicite om-  
nes eos, per quos Pontificis literas sibi  
tradi timebat, a suo colloquio excludit.  
Papam tamen palam offendere veritus,  
Varsaviam ad comitia, et si s̄epe voca-  
catus, venire renuit, ac propterea  
Sueciæ Rex ejus bona a militibus oo-  
cupari juslit, quin tamen Cardinalis,  
ut comitiis assisteret, persuaderi posset,  
dicens: *parum refert, an Suecus vel an*  
*me bonis meis spolient: nihilominus da-*  
*tis ad comitia literis pollicitus est, fa-*  
*omnia ibidem decernenda rata habi-*  
*turum, dummodo coronatio non præ-*  
*cipitaretur, ipse tamen Stanislai ele-*  
*ctionem ubique in Regno promulgabat*  
*edito desuper proclamate, in quo hu-*  
*jus inaugurationem etiam Borussiæ Regi*  
*gratam ratamque esse, perperam affir-*  
*mabat, quapropter Prussus non modo*  
*Cardinalem acriter reprehendit, sed*  
*insuper sub poena calumniatoribus sta-*  
*tuta omnes libellos infames contra*  
*Moscoviæ Ducem sparso legi, aut re-*  
*tineri inhibuit. Quamprimum Pontifex*

Cardi-

Cardinalis simulationem compererat, Sæc. XVII,  
mox die decima Junii ad eundem lite- A. C. 1705.  
ras dedit, in quibus eum sua dignitate  
& proventibus exuit, eoquod sua auto-  
ritate abusus, & sui officii oblitus, le-  
gitimi Regis Majestatem violasset, ac  
non sine dedecore Ecclesiastici Status  
tot Pontificis monita sprevisset, accer-  
sitisque hæreticis copiis totum Regnum  
dissidiis involvisset; tandem eum hor-  
tabatur, ut intrusi Regis coronationi  
obsisteret, secus cunctis per Canones  
Apostolicos statutis pœnis aliisque coer-  
cendus &c. Insuper omnem Clerum  
Polonum Stanislao adhærentem, aut  
quovis modo faventem diris devovit.  
Hæc Pontificis severitas præpedire  
haud poterat, quominus Stanislai  
fautores habitu conventu Augusti  
exauctorationem, & Stanislai electio-  
nem ratam haberent, seque a  
priori juramento absolutos rati fi-  
dem suam novo Regi obstringerent,  
cunctaque contra eum a Sendomiriensi  
conventu acta tanquam irrita declara-  
rent: Huic decreto Episcopi, Pontificis  
indignationem veriti, subscribere ter-  
giversabantur, a ceteris tamen ani-  
mati, demum suis quoque suffragiis ac-  
cessere; non deerant etiam, qui in Epi-  
scoporum defensionem scriptum, quod  
Vidua Poloniæ Regina Pontifici trade-

*Hist. Eccles. Tom. LXVII.*

T ret,

Sæc. XVII. ret, in vulgus spargerent, in quo Pon.  
A.C. 1705. tificis auctoritatem, ejusque super pro-  
fanas caussas inspectionem acribus, mi-  
nusque moderatis verbis non modo mi-  
nuere, sed penitus infringere, ac ne-  
gare viderentur, quæ tamen scripta  
postea die quinta Februarii anno se-  
quenti Augustus Poloniæ Rex per ca-  
nificem flammis addixit. Tandem pre-  
valente seditiosorum factione fœderati  
Suecorum armis protecti, Stanislau  
per Leopolitanum Archiepiscopum Varsa-  
viæ die quarta Octobris coronari cu-  
rarunt: Paulopost Sueciæ Rex, quo  
pretio coronam Stanislao vendidisset,  
manifestabat, inter alias fœderis con-  
ditiones postulans, ut Sectariis, quos  
*dissidentes* vocant, liberum sectæ exer-  
citium, & Varsaviæ Templum & Schola  
concederetur: Huic petito non modo  
Ecclesiastici, sed ipse etiam Stanislaus  
Rex tam strenue obstitit, ut potius dia-  
demia deponere, quam hæc pacta in  
Ecclesiæ Orthodoxæ præjudicium fir-  
mare vellet: assentire tamen coactus  
est, ut hæretici in consuetis locis sue  
sectæ sacrâ vacare, suosque liberos in  
eadem educare possent, quamdiu tran-  
quille vivere deprehenderentur: Initio  
hoc pacto fœderati Papam datis literis  
de Stanislai coronatione certiorem re-  
didere, postulantes, ut nominationes

ad beneficia ab Augusto Saxonie Electo- Sæc. XVII.  
re factas deinceps minime admitteret. A. C. 1705.  
Econtrario Augustus Poloniæ Rex Dres-  
dam delatus, Tikoezimo cum Mosco-  
viæ Duce novum foedus sancivit, vi-  
cujus hic copiarum aurique subsidia  
Polono largiter pollicitus, Religionis  
Catholicæ exercitium in Moscovia, &  
Capuccinorum Conventum erigi in-  
dulxit.

### §. LXXXII.

#### *Leopoldi I. Cæsar's obitus.*

Funestissimus fluxerat hic annus Do- Wagner  
mui Austriacæ, totique Imperio Hist. Leop.  
morte Leopoldi Imperatoris. Hic jam l. 18. p. 789.  
anno priori adversa usus valetudine, die Hode Hist.  
decima septima Aprilis hoc anno plena Lud. XIV.  
virium dejectione correptus est, cum Ab. 57.  
que medicamentis nil profici, viresque Mem. Hist.  
velut in horas fugere sentiret, Josepho & Chron.  
Filio suo supremam rerum administra- Thoyras  
tionem commendavit, Imperatrici vero cont. Hist.  
Eleonoræ ultimum valedixit. Postre- d' Ang. t. 12.  
mis hisce officiis defunctus, ne sibi-  
metipſi, neve salutis ſuæ rationibus  
deeffet, expiatis a prima juventute con-  
ſcientiæ maculis, die prima Maji Sacro  
Viatico & unctione ad luctam supre-  
mam munitus est, poſtea ſolitas Ec-  
clesiæ

T 2